Diese und die vorige Tafel zeigen, wie sich die Mutter ausdehne, und wie ihr Hals, zur Zeit der Schwangerschaft, nach und nach kürzer werde: auch ist hier die Grösse des Kindes zu bemerken, zur bessern Erläuterung dessen, was im I. Theil, im I. Buch, im 3. Capitel, im 4. und 5. Abschnitt, wie auch im III. Buch, im I. Cap. im I. und 2. Abschnitt, und im II. Theil, in der 13. Sammlung, No. 1. vorkommet.

Ungeachtet vom ersten Anfang der Kunst an bis auf unsere Zeiten, als eine sichere Wahrheit, gelehret worden, daß wenn das Kind mit dem Kopf komme, das Gesichte desselben nach den hintern Theil des Beckens gekehret seye, so sollte mich doch so wohl die Wahrnehmung des Herrn Oulds, als auch die seit kurzem angestellten Oeffnungen der Mutter schwangerer Weiber, nebst dem was ich in der Practic beobachtet habe, auf die Meynung bringen, daß der Kopf meistens so komme, wie er hier vorgestellet worden, und mit einem Ohr nach dem Schambein, mit dem andern aber nach dem Heiligen Bein gekehret seye; doch kan so wohl die Form des Kopfes, als des Beckens, hierinnen manchmalen eine Aenderung machen.

Hier können auch die schönen Tafeln des Herrn Hunters, worinnen die Mutter der Schwangern vorgestellet wird, zu Rath gezogen werden.

TABVLA DECIMA

sistuntur conspectui *Gemelli* in Vtero, vbi dolores partus ingruunt; anteriores partes, vt praecedenti in tabula, heic pariter sunt ablatae.

A *Vterus* expansus cum *Membranis* atque *Aquis*.

BB Partes superiores *Ossium Ilium*.

CC *Acetabula*.

DD *Ossa Ischia*.

E *Coccyx*.

F Pars inferior *Intestini Recti*.

GG *Vagina*.

H *Os Internum* extensum atque ad latitudinem digiti apertum, cum *Membranis* et *Aquis*, ob dolores prominentibus.

II Inferior *Vteri* pars expansa ab *Aquis*, infra *Infantis* caput, quo prodit, haerentibus.

KK Binae *Placentae* in posteriore *Vteri* parte adhaerentes; ante ipsas bini siti sunt *Foetus*, alter, iustum seruans situm, capite in inferiorem *Vteri* vergit partem; alter, ob situm minus naturalem, capite *Fundum* spectat. Vtriusque corpus proprio cinctum est *Funiculo*, id quod saepius et naturali et non naturali in situ fieri solet.

LLL *Membranae* vtriusque *Placentae*.

Ob ordinem in Tractatu meo de Arte Ostetricia seruatum, debebat haec gemellorum repraesentatio inter vltimas habere locum tabulas; quum vero parum referat, hoc eam collocaui loco, monstraturus *Os Vteri* magis, quam praecedenti in icone, extenuatum, non nihil adapertum, atque ab aquis et *Membranis* a capite alterius *Foetuum*, ipsis sub doloribus propulsis, dilatatum. Variat pro casuum diuersitate gemellorum situs; talis vero, qualis hic cernitur, erat, quum D. MACKENZIE *grauidum* dissecuit *Vterum*.

Vide Vol. I. Lib. III. Cap. 1. Sect. 4. nec non Cap. 5. Sect. 1. vt et Vol. II. Collect. 14. Vol. III. Coll. 37.

Die Zehende Tafel

zeiget die Mutter worinnen Zwillinge sind, bey anfangenden Wehen. Die vordern Theile sind weggenommen, wie in der vorigen Tafel.

A Die ausgedehnte Mutter mit den Häutlein und den Wassern.

BB Der obere Theil der Darmbeine.

CC Die Pfannen.

DD Die Hüfftbeine.

E Das Schwanzbein.

F Der untere Theil des Mastdarms.

GG Die Mutterscheide.

H Der innere Muttermund eines Fingers breit geöffnet, mit den Häuten und Wassern zur Zeit der Wehen.

II Der untere Theil der Mutter, von den Wassern ausgedehnet, welche unter dem Kopf, womit das Kind kommet, befindlich sind.

KK Die zween Mutterkuchen, welche am hintern Theil der Mutter anhangen, und vor welchen die beeden Kinder liegen. Eines derselben hat die gehörige Lage und stehet mit dem Kopf am untern Theil der Mutter, das andere ist in einer widernatürlichen Lage, und hat den Kopf nach dem Grund der Mutter gekehret. Eines jeden Körper ist mit seiner eigenen Nabelschnur umwickelt, oder umsennet, welches so wohl bey natürlichen, als widernatürlichen Lagen, vielmals zu geschehen pfleget.


LLL Die zu jedem Mutterkuchen gehörige Häutlein.

Nach der in meiner Abhandlung der Hebammenkunst beobachteten Ordnung, sollte diese Vorstellung von Zwillingen unter den leztern Tafeln vorkommen; alleine da hieran eben nichts gelegen ist, habe ich solche hier anbringen wollen, um den Muttermund zu zeigen, der nunmehr viel dünner als auf voriger Tafel, etwas geöffnet, und von den Wassern und Häutlein ausgedehnet ist, welche zur Zeit der Wehen, vor dem Kopf eines der Kinder herausgetrieben werden. Was die Lage der Zwillinge anbelanget, so ist solche in verschiedenen Fällen, auch vielmals verschieden; so aber wie sie hier vorgestellet worden, war sie beschaffen, als lezthin Herr Mackenzie die Mutter einer Schwangern öffnete.

S. des I. Theils III. Buch 1. Cap. im 4. Abschnitt und des 5. Cap. 1. Absch. wie auch des II. Theils 14. Samml. und des III. Theils 37. Sammlung.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.



I. M. Seligmann sculps. et excud. Norimbergæ.

TABVLA VNDECIMA

Exhibet rursus grauidum *Vterum* ab antica parte, qualis sub initum dolorum esse solet; partes anteriores, vt in tabula praecedenti, sunt remotae; quum vero hic *membranae* minus sint ruptae, amplum formant saccum, aquas foetumque continentem.

A *Vteri* substantia.

BB CC DD Ossa *Peluis*.

E *Coccyx*.

F Inferior *recti Intestini* pars.

GGGG *Vagina*.

HH *Vteri orificium* valde, vrgente dolore, expansum, cum *Membranis* I atque aquis. His sese monstrantibus, certum vtplurimum est, ipsum jam instare partum, quum contra ex dilatatione quam praecedenti in tabula vidimus, nihil certi sit concludendum, licet veri fortesque adsint dolores: saepius enim per plures, ipsum ante partum, dies, quin septimanas, ampliorem *Oris vterini* deprehendimus aperturam.

K *Chorion*.

L Id ipsum prope inferiorem *Vteri* partem, eum in finem dissectum, vt per *Amnium* caput *Foetus* conspiciatur. NB. Transsumta est icon haec ex Tabulis quas D. ALBINVS, de *grauido* edidit *Vtero*.

M *Placenta*, cujus heic conuexa variosque in *Lobos* diuisa, repraesentatur superficies: pars namque ipsius interior concauaque *Chorio* est tecta.

Adhaerere *Placentam* ad omnes fere partes interioris superficiei ipsius *Vteri* obseruatum est, quin interdum interiori quoque lateri *Oris vterini* adnascitur; ast simulac illud, hoc in casu, dilatari incipit, semper hinc oritur haemorrhagia.

Monstrant tabulae VI. VIII. IX. X. internam *Placentae* superficiem *Foetum* spectantem, nec non vasa quibus constat ex *Funiculo* orianda, qui variis in *Placentis*, in omnes fere diuersas earum partes, aeque ac in mediam inseritur.

Tabula trigesima nec non tertia et trigesima ostendunt insertionem *Funiculi* in *Abdomen Foetus*.

Quod ad *Placentae* attinet expulsionem, fit ea, dum *Membranae* rumpuntur, atque *Vterus*, post aquarum effluuium, sic contrahitur vt ipsum contingat *Foetum*, hoc vero in lucem edito, crassior multum redditur *Vterus*, *Placentamque* et *Membranas* tam arcto stringit complexu, vt sensim separentur inque *Vaginam* detrudantur. Patet hinc, nos quoque hac in re naturæ debere imitari ductum, patienter hinc expectandum, donec *Secundae* pedetentim separentur, id quod tutissimum, praesertim si parturiens debilioris sit constitutionis: hac enim ratione minus magna minusque subita fit exinanitio, quam vbi *Placentae*, methodo nimis fere solemni, depropératur exemtio. Ast enim vero si ipsi expulsioni natura impar sit, omino, vt eandem juuemus, necesse est.

Vide Vol. I. Lib. III. Cap. 1. Sect. 4. Cap. 2. Sect. 2. 5. Vol. II. Coll. 14. 23.

Die Eilfte Tafel

Stellet die Mutter einer Schwangern von vornen vor, wenn sie anfängt Wehen zu bekommen; die vordern Theile sind, wie in der vorigen Tafel, weggenommen; weil aber hier die Häutlein noch ganz sind, stellen sie einen grossen Sack vor, worinnen die Wasser nebst dem Kind enthalten.

A Die Substanz der Mutter.

BB CC DD Die Knochen des Beckens.

E Das Schwanzbein.

F Der untere Theil des Mastdarms.

GGGG Die Mutterscheide.

HH Der währenden Wehen stark ausgedehnte Muttermund mit den Häutlein I und den Wassern. Dieser Umstand giebt insgemein gewis zu erkennen, daß das Kreissen seinen Anfang genommen habe, da man hingegen aus der in vorhergehender Tafel vorgestellten Erweiterung nicht viel gewisses schliessen kan, bis sich die Schmerzen ordentlich und stark einstellen; indem man den Muttermund öffters etliche Tage, ja gar etliche Wochen vorher ehe das Kreissen angehet, noch mehr geöffnet findet.

K Das obere das Kind umgebende Häutlein (Chorion).

L Eben dasselbe am untern Theil der Mutter geöffnet, um den Kopf des Kindes durch das innere Häutlein (Amnios) zu zeigen. NB. Diese Vorstellung ist aus einer von den Tafeln des Hn. Albinus genommen, die er von der Mutter einer Schwangern heraus gegeben hat.

M Der Mutterkuchen, dessen äussere, in viele Stücken getheilte Fläche hier vorgestellet ist; der innere Theil aber, bedecket das obere das Kind umgebende Häutlein.

Man hat den Mutterkuchen an allen verschiedenen Theilen der innern Fläche der Mutter, ja manchmalen auch gar an der innern Seite des Muttermundes anhangend gefunden, da denn im lezern Fall, so bald sich derselbe zu erweitern anfänget, ein Blutflus entstehet.

Die VI. VIII. IX. und X. Tafel zeigen die innere, nach dem Kind gekehrte Fläche des Mutterkuchens, mit den Gefäsen so seine Substanz ausmachen und von der Nabelschnur herkommen, welche, in verschiedenen Mutterkuchen, in alle verschiedene Theile desselben so wohl, als in die Mitte, eingepflanzet ist.

In der dreyßigsten und drey und dreyßigsten Tafel ist zu sehen wie die Nabelschnur in den Bauch des Kindes hinein gehe.

Was die Austreibung des Mutterkuchens anbelanget, so ziehet sich die Mutter, wenn die Häutlein zerrissen, und die Wasser ausgeloffen sind, in so ferne zusammen, daß sie den Körper des Kindes berühret; ist auch dieses zur Welt gebohren, so wird die Mutter viel dicker und ziehet sich dichte um den Mutterkuchen und die Häute zusammen, wodurch sie denn nach und nach abgesondert und in die Mutterscheide getrieben werden. Hierinnen nun sollten wir dem Weg folgen, den uns die Natur zeiget, und mit Gedult erwarten, bis sie sich nach und nach ablösen, welches, zumal bey einer schwachen Kreissenden, das sicherste ist; weil sodenn keine so starke und geschwinde Ausleerung auf einmal vorgehet, als wie zu geschehen pfleget, wenn man, nach der nur gar zu gewöhnlichen Weise, mit Hinwegnehmung der Nachgeburt so sehr eilet. Doch müssen wir auch im Gegentheil nicht zu nachläßig seyn, sondern der Natur, wenn sie solche nicht auszutreiben im Stande ist, zu Hülffe kommen.

S. im I. Theil im III. Buch, das 1. Cap. im 4. Absch. und im 2. Cap. den 2. und 5. Absch. wie auch des II. Theils 14. und 23. Sammlung.

TABULA DUODECIMA

Monstrat grauidum *Vterum* in longitudinem dissectum a latere, Foetu jam per partus dolores nonnihil promoto.

A Infima dorsi *Vertebra*.

B *Scrobiculus cordis* cujus distantia a modo dicta Vertebra, punctis hic, aeque ac pars regionis infra *Diaphragma* sitae, indicatur.

CC Solita crassitudo atque forma *Vteri*, circa finem grauiditatis, aquis expansi.

D *Idem* post aquarum effluuium contractior crassiorque.

EE Forma *propenduli Vteri*. Si hoc in casu *Membranae* rumpantur, ipsa parturiente erecta stante, periculum est, ne caput *Foetus Ossa Pubis* supergrediatur, atque humeri in *Peluim* adigantur.

FF Forma *Vteri* vltra modum expansi sursumque vergentis, vnde vtplurimum vomitus cum difficultate spirandi oriuntur. Conferri hac de re potest D. LEVRET, *sur le Mechanisme de differentes Grossesses*.

G Sinistrum *Os Pubis*.

HH *Os Internum*.

I *Vagina*.

K Sinistra *Nympha*.

L *Labium Pudendi* ejusdem lateris.

M Residua *Vesicae* portio.

N *Anus*.

OP Sinistra *coxa crusque*.

Quum in hac partus periodo *Os Vteri* a propulsis *Membranis* magis magisque dilatetur, jamque *Vagina* extendi incipiat, simul magna pars propellitur aquarum, quae, vbi *Membranae* rumpuntur, effluit. Contrahitur hinc *Vterus* arctius circa *Foetum*, heic naturali in situ repraesentatum: *Verticem* namque super *Ossa Pubis* habet collocatum, sincipite vero dextrum spectat *Os Ilium*. Simulac autem *Vterus* ipsum *Foetus* tangit corpus, adigitur caput ipsius retrorsum, a linea Abdominis BG *Os Sacrum* versus in *Peluis* lineam, hoc est, a littera F superius scripta ad Coccygis finem, atque sic sensim sensimque magis descendit vt sequenti in Tabula apparet.

Si *Membranae* in *Vaginam* adactae minus rumpantur, easdem magis magisque descendere sinamus: dilatabunt namque *Externum Os*.

Vide Vol. I. Lib. I. Cap. 2. Sect. 2. Cap. 3. Sect. 3. Lib. III. Cap. 1. Sect. 1. 2. 4. Cap. 2. Sect. 3. Cap. 3. Sect. 4. No. 5. Vol. II. Coll. 10. No. 4. Cas. 3 4. Coll. 14. Vol. III. Coll. 34. No. 2. Cas. 4.

Die Zwölfte Tafel.

Die Theile sind nach der Länge getheilet, und da zeiget sich die Mutter einer Schwangern von der Seite, wie selbige aussiehet, wenn sie schon eine Zeit lang zur Geburt gearbeitet hat.

A Das unterste Wirbelbein des Ruckens.

B Die Herzgrube, wo zugleich dieser ihr Abstand von erstgemeldem Wirbelbein, durch eine punctirte Linie, nebst einem Theil der Gegend unter dem Zwergfell angezeiget ist.

CC Die gewöhnliche Dicke und Form der Mutter, wenn sie, gegen das Ende der Schwangerschaft, von den Wassern ausgedehnet ist.

D Eben Dieselbe wie sie zusammen gezogen, und nach ausgelauffenen Wassern dicker geworden ist.

EE Die Form einer vorwarts hangenden Mutter. Wenn in diesem Fall die Wasser brechen und die Kreissende aufrecht stehet, so lauffet des Kindes Kopf Gefahr über die Schambeine hinzuglitschen, da denn die Schultern in das Becken getrieben werden.

FF Die Form der Mutter wenn sie bey ihrer Ausdehnung mehr als gewöhnlich in die Höhe gehet, wovon denn insgemein ein Erbrechen und schweres Athemholen entstehet. Hier kan Hr. LEVRET sur le Mechanisme de differentes Grossesses zu Rathe gezogen werden.

G Das Schambein der linken Seite.

HH Der innere Muttermund.

I Die Mutterscheide.

K Die linke Nymphe.

L Die Schamlippe der nämlichen Seite.

M Ein Rest der Harnblase.


N Der After.

OP Die linke Hüffte nebst dem Schenkel.

Wenn es so weit mit der Geburt gekommen, so wird der Muttermund durch die untersich dringenden Häutlein immer mehr und mehr ausgedehnet. Da nun auch die Mutterscheide sich zu erweitern anfänget, so wird zugleich eine ziemliche Menge der Wasser herzugetrieben, welches, wenn die Häute springen, weglaufft. Hierauf ziehet sich die Mutter mehr um des Kindes Körper zusammen, welches hier in natürlicher Lage vorgestellet ist, indem es mit dem Scheitel auf dem obern Theil der Schambeine aufstehet, und das Vorderhaupt nach dem rechten Hüftbein gekehret hat. So bald die Mutter den Körper des Kindes berühret, so wird der Kopf desselben unter sich, nach dem Heiligen Bein zu, von der Linie des Bauches BG, in die Linie des Beckens getrieben, nämlich von dem obern, F, zu dem Ende des Schwanzbeines, und so dringet es immer tiefer hinab, wie in der folgenden Tafel zu sehen.


Wenn die Häutlein nicht gleich springen, nachdem sie in die Scheide getrieben worden, so soll man sie immer weiter anrucken lassen, damit sie den äussern Muttermund erweitern.

S. Im I. Theil des I. Buchs 2. Cap. 2. Absch. 3. Cap. 3. Absch. Des III. Buchs 1. Cap. 1. 2. 4. Absch. 2. Cap. 3. Absch. 3. Cap. 4. Abschnitt No. 5. Des II. Theils 10. Samml. No. 4. die 3. und 4. Wahrnehmung. 14. Samml. Des III. Theils 34. Sammlung. No. 2. Die 4. Wahrnehmung.



J. M. Seligmann sc. et excud. Norimb.

TAB. XIII.



J. M. Seligmann sculps. et excud. Norimb.

TABVLA DECIMA TERTIA

Repraeſentantur partes eadem ratione ac ſexta in Tabula; ſed monſtrat illa etiam naturalem *ſitum capitis Foetus*, poſtquam illud, Ore interno prorſus aperto, in mediam deſcendit *Peluim*, atque vnacum Membranis magna Aquarum pars eſt protruſa, quae tamen, quum Caput Vaginam repleat, non omnes effluere poſſunt.

A *Vterus* parum contractus nonnihilque craſſior, quum pars aquarum ante infantem ſita ſit, vel effluxerit.

BB Superiores partes *Oſſium Ilium*.
C Inferior *Recti* pars.
DD *Vagina* per caput *Foetus* late expanſa.

EE *Os internum* prorſus apertum.
F Pars *Placentae*.
GG *Membranae*.
HH *Ligamenta lata*.
II *Ligamenta rotunda* vnacum *Vtero* ſurſum verſus extenſa.

Quum jam *Vertex* Foetus inferius, prope inferiorem partem dextri *Oſſis Iſchii* ſit collocatus, latiorque pars prope inferiorem arctioremque *Peluis* partem haereat, promouetur ſinciput vi dolorum ſenſim ſenſimque retrorſum, atque vbi magis inferiora verſus deſcendit, prodit *Vertex* cum *Occipite* infra *Pubem*, vt ex ſequenti apparet Tabula. Diſci hinc poteſt, quanti ſit momenti, vt noſcamus majorem, ad marginem *Peluis*, eſſe diſtantiam laterum, quam partis poſterioris anteriorisque, longiusque diſtare infantis ſinciput ab occipite, quam aurem alteram ab altera.

Vide Vol. I. Lib. I. Cap. 1. Sect. 3. 5. vt & Lib. III. Cap. 3. Sect. 3. 4. No. 3. Vol. II. Coll. 14.

Die Dreyzehende Tafel

Zeiget bey der nämlichen Vorſtellung der Theile wie in der VI. Tafel, die natürliche Lage von des Kindes Kopf, wenn ſolcher, nach völliger Oeffnung des innern Muttermundes, in die Mitte des Beckens eingetretten iſt, da denn eine ziemliche Menge der Waſſer mit den Häutlein zum äuſſeren Muttermund heraus getrieben wird, welche aber doch, weil der Kopf die Scheide anfüllet, nicht alle ausflieſſen können.

A Die etwas zuſammen gezogene und dicker gewordene Mutter, weil ein Theil der Waſſer vor das Kind getretten, oder bereits ausgefloſſen iſt.
BB Die obern Theile der Darmbeine.
C Der untere Theil des Maſtdarms.
DD Die vom Kopf des Kindes weit ausgedehnte Scheide.
EE Der völlig eröffnete innere Muttermund.
F Ein Stück vom Mutterkuchen.
GG Die Häutlein.
HH Die breiten Mutterbänder.
II Die runden Mutterbänder, welche mit der Mutter nach oben zu ausgedehnet ſind.

Nachdem nunmehr der Scheitel des Kindes unten, am untern Theil des rechten Hüftbeines, und der breite Theil des Kopfes am engen und untern Theil des Beckens ſtehet: ſo wird das Vorderhaupt durch die Gewalt der Schmerzen nach und nach ruckwarts getrieben, und wenn es weiter herunter tritt, ſo kommt der Scheitel nebſt dem Hinterhaupt unter der Schamgegend hervor, wie in der folgenden Tafel. Hieraus können wir lernen, wieviel daran gelegen ſeye, daß man wiſſe, der Raum am Rand des Beckens ſeye von einer Seite zur andern weiter, als von hinten nach vornen, und das Vorderhaupt des Kindes ſtehe weiter vom Hinterhaupt ab, als ein Ohr vom andern.

S. im I. Theil des I. Buchs, 1. Cap. im 3. und 4. Abſchnitt. Wie auch des III. Buchs 3 Cap. im 3. und 4. Abſch. No. 3. und des II. Theils 14. Sammlung.

TABVLA DECIMA QVARTA

Monſtrat inter partes eadem ratione ac XII. in Tabula diſſectas repraeſentatasque, *Sinciput Foetus* ipſo ſub progreſſu inferiora verſus, a ſitu quem praecedenti in Tabula habebat, retro ad *Os ſacrum* verſum, *Occiput* vero ſubter *Pubem*, ita, vt anguſtior capitis pars, in arctiori Peluis parte, hoc eſt, inter inferiores *Oſſium Iſchicorum* partes haereat. Notandum hinc eſt, quod, licet diſtantia inter partes inferiores modo dictorum oſſium eadem fere ſit, ac illa quae Coccygem inter et Pubem eſt; Occiput tamen Foetus, vbi ad inferiorem partem vtriusque Oſſis Iſchii deſcendit, ob Peluis Cauitatem, anterius non adeo profundam, ac quidem ad latera eſt, infra Pubem prodeat; atque hinc idem illud fit, quod futurum eſſet, ſi Peluis poſterius majoris, quam ab vno latere alterum verſus, eſſet capacitatis; accedit huc quod ipſum etiam Caput, dum *Coccygem* retroagit, *externas vero partes* majoris inſtar tumoris propellit, ampliorem etiam reddat cauitatem; id quod ſequenti Tabula pluribus oſtendetur.

Vid. Vol. I. II. loca praecedenti in Tabula citata.

A *Vterus* poſt aquarum effluxum contractus *Foetumque* arctius cingens.
BCD *Lumborum Vertebrae*, *Os ſacrum* atque *Coccygis*.
E *Anus*.
F Siniſtra *Coxa*.
G *Perinaeum*.
H *Os externum* dilatari incipiens.
I *Os Pubis* ſiniſtri lateris.
K Reſidua *Veſicae* pars.
L *Oris Vteri* pars poſterior.

Die Vierzehende Tafel

Zeiget bey der nämlichen Vorſtellung der Theile wie in der XII. Tafel, daß das Vorderhaupt des Kindes, wenn es nach unten fortrucket, die Lage ſo es in der vorigen Tafel gehabt ändere, und ſich nach hintenzu gegen das Heilige Bein kehre, da denn das Hinterhaupt unter der Gegend um die Scham zu ſtehen kommet, ſo, daß ſich der ſchmale Theil des Kopfes, im engen Theil des Beckens, das iſt, zwiſchen den untern Theilen der Hüfftbeine befindet. Dabey iſt nun zu merken, daß obgleich der Raum zwiſchen erſtgemeldeten Beinen und zwiſchen dem Schwanzbein und Schambein faſt von einerley Weite ſeye, ſich doch das Hinterhaupt des Kindes, wenn es an den untern Theil jedes Hüftbeines kommet, weil die Höle des Beckens vornen enger als an den Seiten iſt, unter der Schamgegend heraus begebe; da denn eben das geſchiehet, was geſchehen würde, wenn das Becken von hinten nach vornen weiter, als von einer Seite zur andern wäre, indem der Kopf wenn er das Schwanzbein zurück, und die äuſſern Theile gleich einer Geſchwulſt heraus treibet, die Höle eben auch weiter machet, wie in der folgenden Tafel umſtändlich gezeiget wird.


S. die bey voriger Tafel angeführte Orte des I. u. II. Theiles.

A Die, nach ausgeloffenen Waſſern, enge um das Kind zuſamgezogene Mutter.
BCD Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein und das Schwanzbein.
E Der After.
F Die linke Hüfte.
G Die Geſäsnath.
H Die äuſſere Mündung, ſo ſich zu öffnen anfängt.
I Das Schambein der linken Seite.
K Der Reſt der Blaſe.
L Der hindere Theil des Muttermundes.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.

TAB. XV.



TABULA DECIMA QUINTA

Ostensuri sumus, quem in modum *Perinaeum externaeque partes Primiparae*, vbi jam Partus Negotium ad finem properat, a capite Foetus expandantur.

A *Abdomen.*

B *Labia Pudendi.*

C *Clitoris* ejusque *Praeputium.*

D *Cutis* Foetus *capillata* circa *Verticem*, duriores ob labores, *tumefacta*, atque ex Ore externo *prominens.*

EF *Perinaeum* atque *Anus* tumoris instar a capite Foetus *expansa.*

GG *Partes* Tubera Ossium Ischiorum *tegentes.*

H *Pars* Os Coccygis *tegens.*

In hac icone *Perinaeum* ad binos pollices vltra naturalem sui longitudinem, vel altero tanto amplius expansum est; vbi vero *Os externum* a *Foetus* capite adeo est dilatatum, vt hoc ipsum prodire possit, extenditur *Perinaeum* vtplurimum ad trium et nonnunquam ad quatuor pollicum longitudinem. *Anus* quoque pollicem fit longior et partes, ipsum inter Coccygemque sitae, valde distenduntur. Docent haec juniorem Practicum, vt hoc tempore sibi caueat ne partum praecipitet, potiusque expectet, donec partes sensim sensimque dilatentur, quum ob laborum violentiam, periculum sit, ne citiore capitis enixu partes lacerentur. Hinc *Perinaeum* palma Operatoris est reprimendum, ne caput prius prodeat, quam *Os externum* sufficienter sit dilatatum; sed id ipsum potius absque *Freni*, partiumque illud inter anumque sitarum, atque hoc tempore valde tenuium, dilaceratione promoueatur.

Vid. Vol. I. Lib. III. Cap. 2. Sect. 2. Cap. 3. Sect. 4. No. 1. nec non Lib. IV. Cap. 1. Sect. 1. vt et Vol. II. Coll. 14. 24. Vol. III. Coll. 40.

Die Funfzehende Tafel

Soll vornehmlich zeigen, wie der Raum zwischen der Mündung der Scheide und der Affter, oder wie die Gesäsnath nebst den äussern Theilen, bey einer Frauen so das erstemal schwanger ist, wenn es mit der Geburt zu Ende gehet, von des Kindes Kopf ausgedehnet werde.

A Der Bauch.

B Die Schamlippen.

C Die weibliche Ruthe, mit ihrer Vorhaut.

D Die haarige Kopfhaut des Kindes, wie sie bey einer harten Geburt am Scheitel aufschwillt, und durch die äussere Mündung hervorgetrieben wird.

EF Die Gesäsnath nebst dem After von dem Kopf des Kindes so stark ausgedehnet, daß sie eine starke Geschwulst vorstellen.

GG Die Theile so die Erhöhungen der Hüfftbeine bedecken.

H Der Theil so das Schwanzbein bedeckt.

Die Gesäsnath ist um zwey Zoll, oder zweymal mehr als in seiner natürlichen Beschaffenheit, in dieser Figur ausgedehnet; wenn aber die äussere Mündung von dem Kopf des Kindes so sehr erweitert ist, daß solches gebohren werden kan, so wird das Mittelfleisch insgemein drey, ja manchmalen vier Zoll weit ausgedehnet. Der After ist ebenfals um einen Zoll verlängert, und so sind auch die zwischen ihm und dem Schwanzbein befindlichen Theile stark ausgedehnet. Alles dieses soll einen jungen Practicum vorsichtig machen, daß er sich zu dieser Zeit in Beförderung der Geburt nicht übereile, sondern warte, und die Theile nach und nach ausdehnen lasse, weil durch die starken Schmerzen, wenn man die Geburt des Kopfes vom Kind befördern wollte, die Theile zerrissen werden könnten. Daher soll der Operateur, die Gesäsnath mit seiner flachen Hand zuruckhalten, damit der Kopf nicht weiter rucke, ehe und bevor die äussere Mündung genugsam erweitert ist, und solcher ohne Zerreißung des Lippenbandes und der zwischen selbigem und dem After befindlichen Theile, welche zu dieser Zeit sehr dünne sind, gebohren werde.

S. des I. Theils III. B. 2. Cap. im 2. Absch. 3. Cap. im 4. Absch. No. 1. und des IV. B. 1. Cap. im 1. Absch. Wie auch im II. Theil die 14. und 24. Samml., und im III. Theil die 40. Samml.

TABVLA DECIMA SEXTA

Tresque sequentes ostendunt, qua ratione *Caput Foetus* ope *Forcipis*, tanquam manibus arte factis, extrahatur, si ob Matris Foetusue conseruationem eandem adhibere necesse sit. Repraesentatur hac in Tabula *Caput in Peluim dolorum vi adactum*, situ quem antea in Tabula XII. habuit mutato.

AABC *Lumborum Vertebrae, Os sacrum, Os Coccygis.*

D *Os Pubis* sinistri lateris.
E Residua *Vesicae* pars.
FF *Intestinum Rectum.*
GGG *Vterus.*
H *Mons Veneris.*
I *Clitoris* cum sinistra *Nympha.*
X *Corpus cauernosum* Clitoridis.
V *Meatus vrinarius.*
K *Sinistrum* Pudendi *Labium.*
L *Anus.*
N *Perinaeum.*
PQ *Sinistra Coxa* ejusdemque lateris *Crus.*
R *Cutis partesque musculosae* Lumborum.

Incumbere potest Parturiens, hoc in casu, vt Tabula haec ostendit, lateri, sic, vt natibus laterali vel infimae lecti parti innitatur, cruribus abdomen versus retractis, inter quae puluinus est ponendus, reliquae vero partes caute similiter sunt tegendae, vt contra externum aerem muniantur. Si *capillata cutis Foetus* adeo intumuerit, vt caput ex *Suturis*, ceu vigesima prima in Tabula, dignosci nequeat; vel si, inserto inter infantis caput et Os pubis digito, auris posteriorue colli pars vix tangi possit, dilatari sub ipsis doloribus sensim sensimque debet Operatoris digitis, lardo vnctis, *externum Os*, donec tota intus in *Vaginam* manus dari, atque nonnihil expansa, posteriorem *Peluis* partem inter *Caputque* infantis, dimitti possit. Hoc vero, quantum fieri potest, sursum repellendum est, quo digiti inseri atque auris posteriorque colli pars tactu explorari queant. Cognito capitis situ, extrahere debet Chirurgus manum expectareque donec videat, vtrum distentio partium dolores redintegret augeatue, vtrumque exin manui in *Peluim* demittendae amplius concedatur spatium. Hoc si minus eueniat, digiti rursus, vt antea, sunt inserendi alterumque forcipis brachium, lardo vnctum, sub manu digitisue demittendum atque sinistrae infantis auri injiciendum, quemadmodum ipsa Tabula commonstrat. Vbi vero *Peluis* male est conformata superiorque *Ossis sacri* pars antrorsum prominet, sinciputque hinc nonnihil retro pelli nequit, quo auris ab ea *Peluis* parte dimoueatur, quae impedimento est, quo minus extremum forcipis vltra eam demittatur; tunc brachium forcipis pone aurem prope os prominens est inserendum. Demissa tum manus educi eademque injecti brachii manubrium apprehendi et, quantum quidem ob *Perinaeum* licet, retro duci debet, dumque hoc fit, alterius manus digiti *Ori Vteri* a dextro *Pubis* latere sunt admouendi, alterumque brachium, sic vt alteri exacte sit oppositum, est injiciendum. Hoc facto atque apprehensis inuicemque junctis manubriis, semper fere vbi dolores vrgent, inferiora versus caput sensim sensimque est attrahendum, donec *Vertex*, quemadmodum in Tabula hac cernitur, prope inferiorem sinistri *Ossis Ischii* partem, vel infra illam haereat. Quum vero jam latior capitis pars, angustiorem *Peluis* partem intrarit, atque inter *Tubera Ossium Ischiorum* sit collocata, sic caput est conuertendum, vt a sinistro *Osse Ischio* dimoueatur atque infra Pubem prodeat, sinciput vero retro in concauam *Ossis Sacri* atque *Coccygis* partem deuoluatur, vt ex XVII. Tabula patet, dein vero, vt XVIII. et XIX. in Tabula, est educendum. Quodsi autem, ob *capitis magnitudinem* vel *Peluis angustiam*, sine multa vi id ipsum vix fieri queat, manubria forcipis taenia, vt in Tabula videmus, sunt colligenda, ne dimoueri queant, dum Parturiens in dorsum conuertitur, vt XXIV. in Tabula, qui situs pro extrahendo capite, quam decubitus in latus, aptior est.

Monstrat hac Tabula esse manubria forcipis, quantum quidem *Os externum* permittit, retrorsum dirigenda, ita vt lineam describant rectam, quam ab Ore externo, medium inter *Vmbilicum* et *Scrobiculum Cordis* spatium versus ductam esse, mente concipimus. Vbi Forceps auribus capitisque lateribus injicitur, distant brachia ipsius propius ab inuicem fortiusque trahunt, nec tam profundas, ac in *Occipitis Frontisque Ossibus*, relinquunt impressiones.

Vid. Vol. I. Lib. III. Cap. 3. Sect. 1. ad 6. nec non Vol. II. Coll. 25, 26, 27 & 29.

Die Sechzehende Tafel

Zeiget nebst den drey folgenden wie man dem Kopf des Kindes mit der Zange, als mit künstlichen Händen, zu Hülffe kommen solle, wenn es so wohl zur Sicherheit der Mutter als des Kindes nöthig ist, sich derselben zu bedienen. In dieser Tafel ist der Kopf so vorgestellet, als ob er die in der vorigen XII. Tafel gehabte Lage verändert hätte, und in das Becken durch die Wehen getrieben worden wäre.

AABC Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein und das Schwanzbein.
D Das Schambein der linken Seite.
E Der Rest der Blase.
FF Der Mastdarm.
GGG Die Mutter.
H Der Venusberg.
I Die weibliche Ruthe mit der linken Nymphe.
X Der schwammichte Körper der weiblichen Ruthe.
V Der Harngang.
K Die linke Schamlippe.
L Der After.
N Das Mittelfleisch, oder die Gesäsnath.
PQ Die linke Hüffte nebst dem Schenkel.
R Die Haut nebst dem musculösen Theil der Lenden.

Die Kreissende kan in diesem Fall, wie die Tafel zeiget, auf der Seite liegen, so daß ihr Gesäße auf der Seite oder dem Fus des Bettes seine Lage habe, und ihre Knie müssen nach dem Bauch zu gezogen werden, zwischen welche man ein Küssen leget, und zugleich dafür sorget, daß die Theile durch gehörige Bedeckung gegen die äussere Luft verwahret werden. Wenn die Haarhaut des Kopfes vom Kind so geschwollen ist, daß die Lage des Kopfes durch die Nathen nicht erkennet werden kan, wie in der XXI. Tafel zu sehen, oder wenn man durch den um die Gegend der Scham eingebrachten Finger, das Ohr, oder den hintern Theil des Halses nicht fühlen kan: so mus die äussere Mündung, währender Wehen, vermittelst der mit Speck eingesalbten Finger des Operateurs, nach und nach erweitert werden, bis die ganze Hand in die Scheide gebracht, und flach aufwärts, zwischen den Hintern Theil des Beckens und den Kopf des Kindes geschoben werden kan. Letzeren mus man sodenn, so viel möglich in die Höhe heben, um Platz zu bekommen, daß man mit den Fingern ein Ohr und den hintern Theil des Halses befühlen könne. Hat man nun auf diese Weise die Lage des Kopfes erkennet, so mus der Operateur seine Hand heraus ziehen, und warten, um zu sehen, ob durch diese Erweiterung der Theile die Wehen verneuert oder vermehret werden, und der Kopf dadurch mehr Raum bekomme um in das Becken einzurucken. Geschiehet aber solches nicht, so müssen die Finger wieder wie vorher eingebracht werden, und hernach schiebt man eines von den Blättern der Zange, so mit Speck bestrichen worden, längst der innern Seite der Hand oder der Finger, am linken Ohr des Kindes hinein, wie in der Tafel vorgestellet worden. Ist aber das Becken unformlich, und stehet der obere Theil des Heiligen Beines zu sehr vorwärts, so, daß daher das Vorderhaupt des Kindes nicht ein wenig ruckwärts geschoben werden kan, um das Ohr von demjenigen Theil des Beckens wegzubringen, welcher hindert daß das Ende der Zange nicht darüber hingebracht werden kan, so muß in diesem Fall das Blat längst dem hintern Theil des Ohres, an der Seite des hervorstehenden Knochens hinein geschoben werden. Hierauf mus man die hineingebrachte Hand heraus ziehen, und mit solcher die Handhabe des hineingeschobenen Blates so weit ruckwärts halten, als es die Gesäsnath erlauben will, unterdessen aber bringt man die Finger der andern Hand bis an den Muttermund an der rechten Seite der Scham, und leget das andere Blat, dem andern gerade gegenüber an. Wenn dieses geschehen, und die Blätter welche man vest hält mit einander vereiniget worden, mus man den Kopf immer mehr und mehr mit jeder Wehe hervorziehen bis der Scheitel, wie die Tafel zeiget, an den untern Theil des linken Hüftbeines, oder unter solchen gebracht worden. Nachdem nun also der breite Theil des Kopfes, in den engen Theil des Beckens zwischen die Erhöhungen der Hüftbeine eingerucket ist, so mus er unter der Scham vom linken Hüftbein hinweg gewendet werden, daß das Vorderhaupt ruckwärts gegen die hole Seite des Heiligen Beines und des Schwanzbeines, wie in der XVII. Tafel gekehret stehe, sodenn aber ziehet man den Kopf wie in der XVIII. und XIX. Tafel heraus. Findet man aber daß man hiezu viel Gewalt brauchen müsse, weil der Kopf gros, oder das Becken enge ist, so müssen die Handhaben der Zange mit einem Band, wie die Tafel zeiget, zusammen gebunden werden, damit sich die Lage derselben nicht verändere, die Frau aber läßt man auf den Rucken liegen, wie in der Erklärung der XXIV. Tafel gemeldet wird, da denn der Kopf bequemer wird herausgebracht werden können, als wenn sie auf der Seite lieget.

Es zeiget diese Tafel, daß die Handhaben der Zange so weit ruckwarts gehalten werden müssen, als es die äussere Mündung erlauben will, damit die Blätter in einer geraden Linie zu stehen kommen, welche man sich zwischen dieser Mündung und der Mitte des Raumes zwischen dem Nabel und der Herzgrube vorstellet. Wenn man die Zange längst den Ohren, und an den Seiten des Kopfes anleget, so sind die Blätter derselben näher bey einander, auch halten sie besser, und machen keinen so starken Eindruck als wenn sie am Hinterhauptbein und am Stirnbein angeleget werden.

S. im I. Theil des III. B. 3. Cap. vom 1. Absch. bis zum 6. und im II. Theil die 25, 26, 27 und 29 Sammlung.

TAB. XVI.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae.



J. M. Seligmann excud. Norimbergae

TABVLA DECIMA SEPTIMA

Delineationem exhibet earundem partium, quas in praecedenti vidimus, caput vero *Foetus* ope forcipis magis inferiora versus est protractum eaque ratione collocatum, vt situ, quem praecedenti in Tabula habuerat, mutato, is ejus jam sit positus, in quo alias naturaliter ipsos per dolores propellitur, id quod et hic, ante vsum forcipis, factum fuisse, ponere possumus: forcipis namque vsus illis tantum in casibus, quos prima in parte adduximus, fit necessarius.

Clarius nunc, hac ex icone, patet, quae forcipis, angustiori capitis parti prope aures injectae, sit positio. Cernimus porro *Verticem* a sinistro *Osse Ischio*, cui fortiter apprimebatur, dimotum, facile jam sub *Pube* prodeuntem; sinciput vero quod ad mediam partem dextri *Ossis Ischii* erat adactum, sic jam est conuersum vt in cauitate illa haereat, quam *Os sacrum* cum *Osse Coccygis* format. Atque sic angustior capitis pars inter *Ossa Ischia*, siue in angustiore *Peluis* spatio est collocata; quum itaque *Occiput* sub *Pube* prodeat, ipsum etiam caput facilius semper est prodituruṁ. Quodsi vero Caput jam eo vsque in *Peluim* descenderit, ipsa vero illius positio ope futurarum dignosci nequeat, explorari vtplurimum potest, si *Occiput* inter *Pubemque*, vel alterum *Inguen* versus, digitus inseratur, atque posterior colli pars ipsius *Foetus* eodem tangatur. Vbi vero caput adeo fuerit compressum, vt oblongioris sit formæ, ceu XXI. monstrat Tabula, situmque suum durantibus aliquot horis non mutarit, sola autem dolorum ope partus negotium perfici nequiuerit; ad seruandum *Foetum*, forceps est adhibenda, licet foemina ipsa in nullo versetur periculo.

Monstrat porro Tabula haecce, manubria forcipis retro semper, *Perinaeum* versus, esse dirigenda, ita, vt, hoc in situ, cum superiore *Ossis sacri* parte, rectam describant lineam; vbi vero, capite altius haerente, magis retrorsum mouentur, recta *Scrobiculum Cordis* versus spectabunt. Si forceps, capite sic collocato, fuerit injiciendus, faciliori id perficietur negotio, si parturiens, vt XXIV. in Tabula, supina cubet. Neque hic manubriorum necessaria est colligatio, fieri enim id tantum debet, ne dimoueantur, si foemina lateri incumbens in tergum conuertitur.

Quum variis in casibus longiore, sursumque versus incurua forcipe, ad educendum caput vsus sim, si corpus, vti XXXV. in Tabula prius prodierit: eandem hic punctis delineandam curaui. Adhibere illam, aeque ac alteram, difficili in partu possumus; habet tamen vsus ipsius plus difficultatis.

Quum plurimae hujus Tabulæ partes iisdem litteris, ac in antecedenti, sint signatæ, illarum explicatio huc etiam quadrat; addenda tamen sunt quæ sequuntur:

LM *Anus.*
MN *Perinaeum.*
O communia *Abdominis Integumenta.*
R Breuior Forceps.
S Longior atque incurua Forceps: prior vndecim, posterior duodecim pollices cum dimidio longitudine aequat, atque hanc longitudinem, factis variis mutationibus, sufficere inueni; attamen eandem quilibet pro lubitu poterit immutare. *Vide* Tabulam XXXVII.

Die Siebenzehende Tafel

Stellet mit blosen Linien eben dasjenige vor, was wir auf der vorhergehenden gesehen; der Kopf des Kindes aber ist vermittelst der Zange weiter herunter, und aus der Lage welche er in voriger Tafel hatte, in diejenige gebracht worden, in welcher er sonst natürlicher Weise durch die Wehen heraus getrieben wird: wie wir denn auch annehmen können, daß solches hier geschehen seye, ehe es nöthig gewesen die Zange zu gebrauchen, als deren Gebrauch nur erst durch die verschiedenen Fälle, so im ersten Theil angeführet worden, nothwendig gemachet wird.

In dieser Vorstellung wird die Lage der Zange längst den Ohren und dem schmalen Theil des Kopfes noch deutlicher gezeiget. Man siehet auch, daß wenn der Scheitel vom linken Hüfftbein, woran er dichte anstund, hinweggebracht worden ist, selbiger nunmehr frey seye, und unter der Scham herauskomme; das Vorderhaupt aber, welches an die Mitte des rechten Hüfftbeines angedrückt gewesen, ist nun gegen die Höle des Heiligen Beines und des Schwanzbeines gekehret. Auf diese Weise stehet jezt der schmale Theil des Kopfes zwischen den Hüftbeinen, oder im engeren Theil des Beckens; da nun also das Hinterhaupt unter der Scham hervorkommet, so rucket der Kopf allezeit leichter hervor. Ist aber der Kopfs so weit in das Becken herunter gekommen, und kan man die Lage desselben vermittelst der Nathen nicht erkennen; läßt sich solche insgemein dadurch erforschen, wenn man zwischen das Hinterhaupt und die Scham, oder nach einer der Leisten zu, einen Finger hinein bringet, und nach dem hintern Theil des Halses vom Kind fühlet. Ist der Kopf so zusammengedrucket, daß er eine länglichte Form hat, wie in der XXI. Tafel; ist er auch etliche Stunden lang in dieser Lage geblieben, ohne daß die Wehen hinlänglich genug gewesen wären die Geburt zu Ende zu bringen; mus man, um das Kind zu erhalten, die Zange zu Hülffe nehmen, sollte es auch gleich mit der Frauen keine Gefahr haben. Stünde aber der Kopf hoch im Becken, wie in der vorigen Tafel, soll die Zange, ausser dem höchsten Nothfall, nicht gebrauchet werden.

Es zeiget auch diese Tafel ferner, daß die Handheben der Zange beständig ruckwärts, nach der Gesäsnath sollen gehalten werden, so, daß sie in dieser Lage mit dem obern Theil des Heiligen Beines in einer geraden Linie stehen, und wenn man sie, weil der Kopf noch höher droben ist, noch mehr ruckwärts hält, werden sie mit der Herzgrube in gerader Linie seyn. Legt man die Zange an, wenn der Kopf diese Lage hat, so kan man sie leichter hinein bringen, wenn die Gebährende, wie in der XXIV. Tafel auf dem Rucken lieget. Auch ist es nicht nöthig die Handhaben zu binden, weil solches nur zu dem Ende geschiehet, daß sie sich nicht verrucken, wenn man die Frau von der Seite auf den Rucken wendet.

Da ich in verschiedenen Fällen eine längere Art einer Zange, welche aufwärts gekrümmet ist, den Kopf heraus zu bringen, sehr dienlich gefunden, wenn der Leib, wie in der XXXV. Tafel zu erst gekommen: als ist solche hier durch punctirte Linien vorgestellet worden. Man kan sich derselben bey schweren Geburten ebenfalls, so wohl als der andern bedienen, doch ist sie nicht so bequem zu regieren.

Weil die meisten Theile dieser Tafel mit eben den Buchstaben wie auf der vorigen bezeichnet sind: so kan jener Beschreibung auch hier dienen, doch ist folgendes noch hinzu zu setzen:

LM Der After.
MN Die Gesäsnath.
O Die gemeinen Bedeckungen des Unterleibs.
R Die kurze Zange.
S Die lange gekrümmte Zange. Erstere ist bey eilf, letztere aber zwölf und einen halben Zoll lang, und diese Länge habe ich nach vielen Veränderungen für hinreichend befunden; doch hat sich hiernach niemand zu richten, und jeder kan dieses Maas nach Belieben ändern.

TABVLA DECIMA OCTAVA

Easdem ſiſtit partes, eadem ratione diſſectas, atque inter illas caput *Foetus* priſtino ſitu, vlterius forcipis ope, quam praecedenti in Tabula, extractum: *Os* namque *externum* vteri magis nunc eſt dilatatum; *Occiput* jam ſubter *Pubem* prodiit, *Sinciput* vero ſub *Coccyge* haeret, hinc autem *Anus* atque *Perinaeum* ea diſtentuntur ratione, vt, aeque ac XV. in Tabula, tumeant.

Si caput eo vsque prodierit, medicus caute trahere debet, ne partes diſrumpantur. Vrgentibus doloribus, *Sinciput* promoueri poteſt, ſi inſertis ſub *Coccyge* digitis, externae illius partes leniter premantur; educitur tunc etiam forceps, atque dein expectare oportet, donec *Os externum* ipſo a Capite magis magisque dilatetur, quam dilatationem, praeter dolores, digiti etiam juare debent. Quodſi tamen dolores minus vrgeant, forcipis vſus porro etiam eſt neceſſarius. Partium deſcriptionem XVI. Tabulae ſiſtit explicatio. Indicatur hic per litteras S T ſiniſtra *Oris vterini* pars. Punctorum ſeries ſitum monſtrat oſſium, ex quibus dextra *Peluis* pars componitur, atque exemplo eſſe poteſt, ad reliquas a latere factas repraeſentationes adhibendo.

V. Vol. I. Lib. III. Cap. 3.


Die Achtzehende Tafel

Zeiget bey der nämlichen Vorſtellung der auf vorige Weiſe durchſchnittenen Theile, den Kopf des Kindes in voriger Lage, welcher aber vermittelſt der Zange weiter herab gebracht worden iſt, als in der vorhergehenden Tafel: denn hier iſt der äuſſere Muttermund mehr geöffnet; das Hinterhaupt iſt mehr unter dem Schambein hervorgerücket, und das Vorderhaupt ſtehet unter dem Schwanzbein, wodurch denn der After ſo wohl als die Geſäsnath ſo ausgedehnet werden, daß ſie, wie in der XV. Tafel, eine ſtarcke Geſchwulſt vorſtellen.


Wenn der Kopf ſo weit hervorgerucket iſt; ſo ſoll der Operateur mit vieler Vorſicht ziehen, aus Furcht es möchten ſonſt die Theile zerriſſen werden. Sind die Wehen ſtark genug, kan man dem Vorderhaupt mit den Fingern helfen, indem man gegen ſolches an den äuſſern Theilen, unter dem Schwanzbein, gelinde drucket; zu gleicher Zeit nimmt man die Zange weg, und läßt den äuſſeren Muttermund nach und nach, immer mehr und mehr, durch den Kopf ausdehnen, wozu ſo wohl die Krafft der Wehen, als auch die Finger das ihrige beytragen müſſen. Wären aber jene zu ſchwach und nicht hinlänglich genug, mus man fortfahren ſich der Zange zu bedienen. Die Beſchreibung der Theile kan in der Beſchreibung der XVI. Tafel nachgeſehen werden. In gegenwärtiger wird durch S T die linke Seite des Muttermundes angezeiget. Die punctirten Linien weiſen die Lage der Beine der rechten Seite des Beckens, und können zu allen Vorſtellungen von der Seite, zum Muſter dienen.

S. im I. Theil des III. Buchs 3. Capitel.

TAB.XVIII.



I. M. Seligmann excud. Norimbergæ.



I.M. Seligmann excud. Norimbergae

TABVLA DECIMA NONA

Refert ſolam delineationem earundem partium, nec non *Pelvis* eadem ratione diſſectae; ſed oſtendit illa inſuper, prodire, ſub *Oſſibus Pubis*, *Occiput Foetus*, ſi externae partes cum *Ore externo* fuerint dilatatae, deſcribereque circa illa, ac circa axim, dimidium fere circulum, quum poſterior colli pars circa eadem flectatur; vertuntur tunc ſuperiora verſus ſinciput atque facies, partes vero *Coccygem* inter *Osque externum*, valde extenduntur. Atque haec eſt ratio, qua natura in dilatandis partibus hiſce vti ſueuit, quam quum nunquam non imitari debeamus, eadem ſunt agenda, ſi caput forcipe fuerit educendum.

Quod ad explicationem citataque loca attinet, tres praecedentes conferri poſſunt Tabulae.

Die Neunzehende Tafel

Soll bey der nämlichen Vorſtellung, und bey eben dem Durchſchnitt des Beckens, durch bloſe Linien zeigen, daß, wenn die äuſſern Theile ausgedehnet ſind, der äuſſere Muttermund aber erweitert iſt, ſich das Hinterhaupt des Kindes unter den Schambeinen heraus begebe, und um dieſelbe wie um eine Achſe einen halben Kreis beſchreibe, indem ſich der hintere Theil des Halſes um ſolche herum beweget, da denn zugleich das Vorderhaupt und das Geſicht ſich aufwarts kehren, und die zwiſchen dem Schambein und der äuſſeren Mündung befindliche Theile ſtark ausdehnen. So aber pfleget die Natur dieſe Theile in der Geburt auszudehnen, da wir nun derſelben allezeit nachahmen ſollen, ſo müſſen wir es eben ſo machen, wenn es nöthig iſt, dem Kopf mit der Zange zu helffen.

In Anſehung der Beſchreibung, und der angeführten Stellen, können hier die drey vorhergehenden Tafeln nachgeſehen werden.

TABVLA VIGESIMA

Siſtit partes dextri lateris eadem ratione diſſectas; caput vero *Foetus* hic contrarium habet ſitum, ab illo praecedentium trium iconum prorſus diuerſum: *Vertex* namque *Oſſis ſacri* occupat cavitatem, ſinciput vero *Pubem* verſus ſpectat.

AB Lumborum *Vertebrae*, *Os ſacrum*, *Os coccygis*.

C *Os Pubis* dextri lateris.

D *Anus*.

E *Os externum* nondum dilatatum.

F *Nympha*.

G *Labium* dextrum.

H *Coxa* cum parte *Femoris*.

II *Vterus*, quum aquae jam profluxerint, contractus.

Si Caput paruum, *Peluis* autem ampla fuerit, dilatabunt *Oſſa parietalia* cum ſincipite, hoc in caſu, vrgentibus doloribus, ſenſim *Os externum*, partes vero hoc inter *Coccygemque* ſitas diſtendent, vt magnus hinc, ceu XV. in Tabula, oriatur tumor, donec facies infra *Pubem* prodeat, atque tunc caput facile ſequetur. Sin hoc ipſum amplum fuerit, *Peluis* vero anguſtior, plus res habebit difficultatis, neque omni, reſpectu *Foetus*, caret periculo, ceu ſequens docebit Tabula.

Vide Vol. I. Cap. 2. Lib. III. Cap. 3. Sect. 4. No. 3. Vol. II. Coll. 16. No. 2.

Die Zwanzigſte Tafel

Stellet die Theile der rechten Seite auf gleiche Weiſe durchſchnitten vor, und da hat der Kopf des Kindes eine ganz andere Lage, als in den drey vorhergehenden Figuren, indem hier der Scheitel in der Höle des Heiligen Beines ſitzet, und das Vorderhaupt gegen die Scham gekehret iſt.

AB Die Wirbelbeiner der Lenden, das Heilige Bein und das Schwanzbein.

C Das Schambein der rechten Seite.

D Der After.

E Der noch nicht ausgedehnte äuſſere Muttermund.

F Die Nymphe.

G Die rechte Schamlippe.


H Die Hüfte nebſt einem Theil des Schenkels.

II Die wegen ausgefloſſener Waſſer zuſammengezogene Mutter.


